

De defectibus occurrentibus in missa.

Regula dirigens missarum celebratores. ut  
caueat a defectibus periculis et distur-  
biis in missa contingentibus. z ut sup eis  
remedium apponatur.

¶ Primo autem dicendum est de defectibus.

¶ Secundo de perturbatōibus et scandalis mis-  
sas celebrantibus. interdū occurrentibus z que  
remedia congrue et ordinate ponantur.

¶ Defectus uero misse sunt quādo requisita ad  
misse celebratōem deficiūt. Isti autem defectus  
contingunt. aut ex parte sacramenti. aut ex parte  
ministri. aut ex parte ministerii. Et quia in sacra-  
mento requiritur panis triticeus. uinuz de uire. et  
aqua naturalis. Et hec sunt ex parte materie. Ex  
parte uero forme. requiruntur uerba cōsecratio-  
nis et intentio consecrātis. In ministro aut requi-  
ritur exterius debitū uestimētum. z in corpore  
ieiuniū et dispositio mentis et anime. Et in mini-  
sterio requiritur q̄ missa cōpleat̄ scilicet q̄ sacri-  
ficiū sit completum et perfectū. Et q̄ sacerdos  
sumat sacrificium cōmunicando. unde debius di-  
cendum est per ordinem.

Primo de defectu panis.

¶ Scitur sciendū est primo. q̄ conficiens fer-  
mēto graniter peccat. quia facit contra sta-  
tutum et consuetudinē ecclesie. Si uero cōficiat  
in pane qui inficitur similiter grauiter peccat cō-  
ficiendo in azimo corrupto et infecto propter

*defectus panis*





irreuerentiam sacramenti tantū talis panis si cō  
ficiatur sacramentū est. sed si panis fit corrupt⁹  
itaq̄q̄ in eo deficeret species panis non potest  
cōfici hoc est per uerbi sacramēti non cōficiēt ex  
eo corpus xpi. et q̄ species maneat potest cog  
nosci ad hoc q̄ continuatio nō est soluta nec alia  
necessaria ablata. hec Tho. et albertus.

Item si grana alterius generis fuit admixta triti  
co in tanta quātitate q̄ aliā speciem faciant siue  
q̄ mediū constituant nō potest ex eo confici sa  
cramentū tñ ex modica quātitate non impediēt.

*defect⁹  
panis*

¶ Si panis sit de aqua rosacea cōfectus dubita  
tur inter doctores. z san. Thomas dicit esse pro  
babilis. q̄ non potest confici.

¶ Si sacerdos infra missam ante consecrationez  
aduertit hostiā non esse triticeaz. uel esse corrup  
tam remota illa hostia. aliam ponat et a canone  
reincipiat. Si uero post consecratōez hoc aduer  
terit. idem faciat ponendo aliaz hostiam et cā su  
mat nichilominus illā primam sumat. aut aliis su  
mendū tradat. uel eam reuerenter seruet super  
qd̄ qd̄ dicūt. q̄ recipiat a canōe san. Thomas tā  
men dicit. in similitudinē esse reincipiendum tantū  
a uerbis cōsecrationis. ut habebis infra. si sacer  
dos aduertit dictū defectū hostie postq̄ sump  
serit. licet in isto uariant doctores. tamen sanc.  
Thomas tenet in tertia parte q̄ debet aliaz pone  
re hostiam z consecrare et sumere quia precep  
tum de perfectione sacramenti maioris est pon  
deris quā quod a ieiunis sumatur. Per id autem



Dicit Petr<sup>9</sup>. si sacerdos infra missam aduertat ho-  
stiam non esse triticeam uel esse corruptam. patet  
quid agendum sit. si nulla hostia fuerit posita uel  
si fuerit perdita per id quod dicit san. Thomas  
aduertat de defectu hostie per eius enim sump-  
tionem potest hoc intelligi. si aduertat etiam post  
sumptionem sanguinis. rursus ponat nouum panem  
et nouum uinum et consecret atque prosequatur et  
sumat ne sacramentum remaneat imperiectum  
quod magis expresse apparebit infra. ubi dicitur  
de defectu uini. et ponent magis expresse uer-  
ba ipsius san. Thome.

De defectu uini.

**S**ciendum est quod si uinum omnino est acetum *de defectu uini*  
non potest confici de eo sanguis christi quia uinum  
differt ab aceto sicut uinum a mortuo secundum phi-  
losophum sed si uinum sit in uia quasi acescendi. idem  
est iudicium quod de pane qui est in uia ad corruptio-  
nem id est quod potest confici tamen huiusmodi  
conficiens grauiter peccat propter irreuerentiam  
sacramenti. Et Albertus dicit quod uinum putridum  
tantum quod perdit uini naturam potest confici tamen  
huiusmodi conficiens grauiter peccat. ut dictum est de  
uino multum pomico siue acio et musco unde potest  
confici. etc. Nec tamen conficiendus est de multo re-  
centi propter impuritatem in hoc Thome. et Pe.  
Item sciendum est quod in uinum quod conficitur non de-  
bet apponi aqua rosacea uel alia artificialis aqua  
si tamen apponentur in tam modica quantitate quod in  
uinum comiteretur conficeretur. hec Thome. et Pe.



**¶** Item si sacerdos post consecratōem corporis  
uel immediate ante consecratōem sanguinis per  
cipiat aut uinū non esse aut aquam debet statim  
apponere. Si uero post omnia uerba cōsecratio  
nis percipiat q̄ uinū non fuerit positū. si quidē  
hoc percipiat ante consecratōez corporis debet  
deposita aqua si ibi fuerit in calice ponere uinū  
deinde aquaz et resumere nouā consecratōem  
sanguinis. Si uero percipiat hoc post cōsecratio  
nez corporis debet aliā hostiam simul cū sangui  
ne consecrare iterū. et in fine sumere hostiā itez  
consecratā et sanguinē. nouos stante etiaz si pri⁹  
sumpserit aquaz que erat in calice quia preceptū  
de perfectione sacramenti maioris est ponderis  
q̄ preceptum q̄ hoc sacramentuz a ieiunis suma  
tur. Predictus. S. Thomas ex predictis uerbis  
demonstrat illa duo q̄ supradicta sunt cū defec  
tu panis ut dictū est supra. Dicit etiam Sanct⁹  
Thomas. q̄ nō sufficit sacerdoti solum hostiam  
summere. sed etiā sanguinem ne imperfectum  
remaneat sacramentum. Si uero aliquis cōsecre  
ret et summeret et post sumptionē sanguinis ag  
nosceret q̄ hostia nō esset triticea ul' eēt corrup  
ta. In isto casu dicit. S. tho. etiam si solutū sit ieiu  
niū q̄ repetendū est sacramentū ut sit integrū  
Et cū missē celebritas terminetur benedictione  
sacerdotis. ut dicetur infra. Non ita iudicanduz  
est de defectibus missē ante benedictōm sacer  
dotis. cū adhuc fiet officium missē quia post be  
nedictionē quicquid fieret magis uidet̄ erratio



missæ q̄ reparatio defectus.

Item ex uerbis sancti Thome immediate supra dictis apparet q̄ in reparatione sacramenti imperfecti sufficiat resumere a uerbis consecrationis. uerūtamen sunt ordinate reparāda quia ut dicit̄ vii. q. i. perfecta nō possunt dici sacramēta que perfectū non habent ordinē. Et san. Thomas q̄ inane est sacrificandū. si nō hoc perficiatur sacramentum. unde concilium Tolletanū tulit sententiam excommunicationis in eos qui cū possunt non perficiunt istud sacramentuz. ut supra. in lo co decreti immediate allegati.

De defectu aque.

**C** Si sacerdos percipiat aquā non fuisse positā in uino ante consecrationem sanguinis ponat. et dicat uerba consecrationis. si aut̄ percipiat post consecrationē sanguinis nullomodo debet post ea aquam apponere quia nō est de necessitate sacramenti in aliqua parte. si quis tamē ante consecrationē sciēter dimitteret appositōez aque gra uiter peccaret et ageret cōtra constitutionē ecclesie. quia dñm appoluisse creditur. non autēz sufficit q̄ aqua apponatur quando uinū adhuc est in dolio quia hoc non significaret aliqd sed oportet q̄ imminēte oblatione apponat̄ sacramentū

*defectus aque*

De defectu forme.

**C** Pro nōticia forme sciendum est q̄ Ambrosius in libro sacramentoz dicit. q̄ hoc sacramentū cō

*defectus forme*



ficū in uerbis et sermonib⁹ christi. ex predictis  
concludit san. thomas. q̄ forma consecratōis hu  
ius sacramēti hec est. hoc est enim corpus meū  
hic est enim calix sanguinis mei noui et ue. testa  
menti misterium fidei. qui pro uobis et pro mlt̄  
tis effundetur in remissionem peccatorum. illa  
uero uerba accipite et manducate. pertinent ad  
usum consecrationis. similiter illa uerba hec quo  
tiuscūq; feceritis in mei memoriaz. facietis per  
tinent ad usum huius sacramenti. quia usus non  
est de necessitate sacramēti. ut dicit san. thomas  
Item coniunctio enim non est de substantia for  
me tamen dici debet. secundum usum et consue  
tudinē ecclesie Romane. qui usus a beato Petro  
iniciū sumpsit. etiam beatus thomas dicit. si p̄  
dicte forme mutantur nichil cōfic itur. sed si uer  
ba uiderentur idem significare non mutarēt nec  
errorem inducerent. magnum tamē foret pecca  
tum huiusmodi conficere secundum Albertum.  
dicit autem san. thomas q̄ forma predicta cum  
pronomine demonstratiuo ostēdit q̄ materia cō  
secrāda debet esse corā sacerdote. unde existēs  
in domo sua non potest consecrare panem. qui  
est in armatorio aut etiam in foro uel uinū quod  
est in cellario sed quātacūq; fit q̄titas panis z ui  
ni qui coram sacerdote ponuntur. potest ab ip̄o  
consecrari. sanct⁹ etiam thomas dicit. q̄ si sacer  
dos non recordetur se dixisse que in cōsecratio  
ne communiter dicuntur nō debet ex hoc turba  
ri nō enim omnīū recolit. qui multa dicit. si tamē  
sacerdoti probabiliter constet se aliqua obmisisse



que non sunt de necessitate sacramenti non debent  
resumere mutando ordinem sacrificii sed debent  
ulterius procedere. si uero certificetur se omisit  
se aliquod eorum que sunt de necessitate sacramen-  
ti scilicet. formam consecrationis debet resumere ipsa  
forma etiam per ordinem.

De defectu intentionis ministri.

**C** Non solum necessaria sunt ad conficiendum pre-  
dicta uerba. sed etiam requiritur intentio. quia  
secundum Augustinum in sacramentis sine inten-  
tione nichil intelligitur uel agitur. unde san. tho-  
mas dicit. qd ad perfectionem sacramenti requi-  
ritur intentio ministri. que se subiciat principali age-  
ti. scilicet qd intendat facere quod christus facit  
in ecclesia. et dicit qd non est necessaria intentio ac-  
tualis sed sufficit habitualis ut conficiat. puta si  
cum sacerdos accedit ad altare ad celebrandum  
intendit facere quod facit ecclesia si postea suspen-  
dat eius intentio per aliam occupationem. siue occur-  
rentem cogitationem nichilominus perficit sacramen-  
tum ex uirtute intentionis propositae. tamen studiose cu-  
rare debet. minister sacramenti ut etiam actualiter adhi-  
beat intentionem. et dicit qd cum aliquis non intendit sa-  
cramentum proficere sed delusorie aliquid agere ta-  
lis peruersitas tollit uirtutem consecrandi. et uirtutem  
sacramenti. precipue quando intentionem exterius mani-  
festat. si autem intentio ministri peruertatur quan-  
tum ad id quod sequitur sacramentum puta si  
sacerdos intenderet conficere corpus christi ut  
eo ad uentura uel ad exteriora uteretur ut prius

*defectus intentio*  
*uir*





non a posteriori talis intentionis peruersitas ue-  
ritatem sacramenti non tollit. sed minister ex ta-  
li intentōe grauit̄ peccat. dicit enim Albertus  
q̄ si aliquę hostie ex obliuione remaneāt in altari  
aut aliqua pars uini et sacerdos conficit solū illa  
sacramenta quia de eis non intendit.

Durandus autēz posuit casum. si sacerdos habe-  
at coram se. duodecim hostias et intendit conse-  
crare deez̄ quero quot sunt cōsecrate. respōdet  
autē distinguendo q̄ hoc potest primo duobus  
modis intelligi unomodo q̄ numerus sit solum  
in opinione et non in intentione. intentio autem  
sit quicquid sit coram se consecrare uerbi gr̄a.

Si aliquis habeat consecrare. et coram se habeat  
duodecim hostias. et oppinatur esse decem ip̄e  
uero intendit consecrare quicquid est corā se pa-  
tet q̄ eius oppinio fertur ad intentionem z̄ eius  
intentio non fertur ad numerū quia effectus cō-  
secrationis sequitur intentionez̄ et non opinionē  
et sic omnes sunt consecrate. Alio modo potest  
intelligi predict⁹ casus quando dicitur habet co-  
ram se undecim hōstias z̄ intendit cōsecrare de-  
cem z̄ non opinio sed intencio fertur ad numez̄  
ita scilicet. q̄ non uelit plusq̄ decem. sed tantum  
decem consecrare. tunc in tali casu predict⁹ doc-  
tor secundum intentionē suam dicit. q̄ hoc duo-  
bus modis contingere potest uno modo q̄ sciat  
ueritatem numeri scilicet q̄ hostie sunt undecim  
et ex ipsis decem tantū consecrare intendit. aut  
decem hostias distinguit quas intēdit cōsecrare



ab undecim quia iam intendit consecrare patet.  
q̄ ille decem tantum sunt consecrate. de quibus  
intendit. et undecima quā non intēdit nō est con  
secrata. aut sacerdos sciat esse undecim z intēdit  
consecrare decem nō distinguendo uel determi  
nando quas decem intendit z ga undecimā con  
secrare non intendit et sic nulla est consecrata. si  
intendendo. ex illis undecim decē tantū consecra  
re aliquam determinationem ex ipsis non faciat  
Et cum isto dicto satis concordat san. Thomas  
in tertia parte. q. lxxiii. ubi dicit q̄ minister sacra  
mentoz est sicut instrumentum principalis agē  
tis scilicet christi et ecclesie. et cum tale instrumē  
tum habeat cognitionez. requiritur q̄ per inten  
tionem se determinet ad opus principalis agen  
tis producendū. idem sequitur ubi non determi  
nat se scilicet q̄ nihil operat. si uero sacerdos ig  
noret ueritatem numeri hostiarū et intendit de  
cem hostias tantum consecrare. dicit durandus  
d̄ eodem mō distinguendum est. utrū determi  
net se. et quas decem intendit uel q̄ nō determi  
net. et respondenduz est sicut in calu immediate  
precedente. sed cū dubitatur de numero respō  
detur hoc posse contingere q̄ decem hostias ui  
deat extensas z una ibi lateat. ip̄e enim intendit  
omnes quas uidet et nullam aliaz consecrare uel  
potest esse. q̄ decem esse possunt et una erat ibi  
quā nesciuit z omnes alie sunt consecrate. Si aut̄  
unā plus ip̄e posuerit q̄ credidit uel ali⁹ undecim



posuerit et ipse mandauit poni decem et non in  
tendit consecrare nisi decem tantum tunc non est  
determinata eius intentio et sicut supradictum  
est. nulla est consecrata.

De defectu uestimentoꝝ.

*defectus  
uestimen  
toꝝ*

**C**Sciendum est. qd scdm sanctū Thomam et Al  
bertum et omnes doctores theologos si obmit  
tatur aliquod de hiis. que ad rituz celebrationis  
pntinent. quilibet obmittens aliquod tale puta tē  
pus debitū altare uestes et huiusmodi grauer  
peccat. nichilominus consecrat. si est ordinatus  
et assit ei<sup>9</sup> intencio et debita materia z debita for  
ma cum intentione z ordo in conficiēdo. quicqd  
hoꝝ quatuor deficiat. non conficitur sacramen  
tū. ex hiis uero quatuor quibuscunq; aliis defici  
entibus ueritas adest sacramenti.

Secundū hostiensem sufficit qd unus sit presens  
in missa qui sacerdoti respōdeat quibus d̄ consecra  
tione dicatur qd duo requiruntur.

Mulier in missa ministrare non potest. Etiaꝝ sine  
lumine non debet aliquis ministrare extra de ce  
lebratione missay. c. ex parte. zc.

De defectibus dispositionis corporis.

*defectus  
positio  
corporis*

**C**In concilio tolletano factum fuit preceptuz sa  
cerdotibus qd nullus sacerdos post potū cibūq;  
q̄tunq; minimum sumptū missam celebrare pre  
sumat et glo. ibidem dicit. qd intelligitur de cibo



uel potu post mediaz nocte sumpto quia in me  
dia nocte incipit dies secundum ecclesiã. et nos  
uidemus esse ueruz quia tunc incipitur officium  
diei scilicet matutinũ quasi pertineat ad clauem  
illius diei uelut iniciũ.

Dicit etiam san. Thomas post sumptionez aque  
uel alterius potus in q̄tumcũq; parua quãtitate  
non licet cõmunicare dũmodo sumatur p̄ modũ  
cibi uel potus remanentis in ore. sed si casualiter  
trãsglutiat̄ur nõ impedit cõmunionem quia per  
modũ cibi non accipitur sed per modum saluie  
que uitari non põt. si autem ante mediam nocte  
sit assumptus cibus uel potus potest communi  
care nec refert utrum dormierit uel utruz cibus  
sit digestus quantuz ad ratione precepti refert  
tamen quantũ ad turbationem mentis. in hoc q̄  
tollitur deuocio.

#### De Immundicia cõpõrali.

**¶** Dicit san. Thomas q̄ cũ iste cibus nõn est cõ  
poris sed mentis. ideo in eius sumptione magis  
est consideranda dispositio mentis q̄ corporis.  
Et ideo dicit. q̄ si inmundicia corpalis sit p̄petua  
siue diuturna nõ est abstinendũ a cõmunionem. in  
mente tamẽ laudabile foret abstinere pro modi  
co tempore.

#### De defectu dispositionis anime.

**¶** Interdict<sup>9</sup> suspensus excõicatus etiã iniuste  
cõicare nõ debet quia in talibus ẽ defectus rei

*immundicia corpis*

*dispositio anime*



significate scilicet defectus uirtutis corporis minister.  
Item quicumque enim cum conscientia peccati mor-  
talis ad communionem accedit mortaliter peccat.  
uide ad canonem. xi. qui manducat et bibit indig-  
ne iudicium sibi. zc.

Item non sufficit ei qui communicare intendit quod sit  
solum contritus ymo si habeat copiam sacerdotis  
tenetur confiteri. tamen si imminet uecessitas com-  
municandi uel celebrandi puta quia timetur sca-  
dalum populi. uel inceptum est mysterium sacra-  
menti uel aliquis infirmus loquelam amittit et est  
in proposito confitendi minister non peccat quod ci-  
tius potest communicando uel alias ministrando  
si primo non possit confiteri. hec Pe. et Alber.  
Sanctus Thomas dicit quod si aliquis. cum consci-  
entia peccati mortalis accedat ad altare non solum  
peccat mortaliter propter communionem sed eti-  
am quia exercet actus ordinis insufficienter cum  
sola contritione siue confessione ut dictum est.

In nullo autem casu potest aliquis celebrare uel  
communionem recipere sine contritione quin mor-  
taliter peccet.

#### De pollutione.

*De pollutione* ¶ Pollutio in sompniis impedit ordinem quando  
causata est a cogitatione precedenti que fuit pecca-  
tu mortale. abstinendum est ergo nisi necessitas



requirat q̄ celebret siue comunicet. si uero cer-  
tum est q̄ in precedenti cogitatōe nō fuerit pec-  
catum mortale uel si nulla cogitatio p̄cesserit que  
causa pollutionis fuerit. cōmunicare potest nisi  
pollutio tantum turbauerit mentē ex cōmotōe  
corporis q̄ deuotōem h̄re non possit. Et cū hoc  
fuerit. abstinendū est per uigintiquatuor horas  
hec inquit san. Thomas.

Si iacerdos post consecrationē inceptam recor-  
detur se comedisse uel bibisse. nichilominus dēt  
sacramentum perficere et sumere. Et si recorde-  
tur se peccatū cōmisisse debet penitere et dolere  
cuz proposito confitendi et satisfaciendi z sic nō  
indigne sed fructuose pōt sumere sacramentū.  
et eadem ratio est si memineat se alicui excōmu-  
nicatōi subiacerē. debet enim sumere propositū  
confitendi et absolutionē petendi. et sic per inui-  
sibilem pontificem Ihesum xp̄m absolutionē cō-  
sequitur quātum ad hunc actū. per quez agit di-  
uina misteria. si uero ante consecrationē alicuius  
predictoz memor sit tutius reputarē maxime  
in casu excōmunicationis. suspensionis. et inter-  
dicti. ac manducationis q̄ missam inceptam de-  
sereret nisi timeret graue scādalu hec san. tho.

De defectibus missas celebrati-  
bus interdū occurrentib⁹.

¶ Sacerdos qui celebrat missam. debet semp su-  
mere sacramentuz integrum ut dicitur supra in *de multis h̄re p̄. 111.*



rubrica d̄ defectu panis ⁊ uini. qđ debeat sumere patet. de consecratione. di. ii. Relatū. aut. n. ⁊  
tociens sumat quotiēs celebrat quia ipsum sacramentum in sumptione complementū sue significationis accipit et intelligendum est nisi per uolenciam impediatur uel per infirmitatez uel per mortem et huiusmodi. et si plures missas aliquis celebrat in una die solum in ultima percipiat perfusionem. et non in precedenti quia tunc non esset ieiunus nec aliam missam celebrare posset extra de celebratōe missarum. c. ex pte.

Ex quo si sacerdos post consecrationem infirmetur et non habetur alia hostia. nichilominus det ali⁹ sacerdos requiri. qui scilicet missaz prosequatur ab infirmo non completam et hostiaz debet diuidere et unam partem ipse sumere et aliam infirmo dare. hec san. Thomas.

Quomodo autem missa compleatur ostendit supradictū caplm. supradicti concilii dicens. Nō enim aliud cōpetit ad supplementum iniciatis ministeriis q̄ aut incipientis aut subsequēntis fuit benedictione cōpleta sacerdotis et ad hec obligatur sacerdos. Vltcrius ostenditur in eodez capitulo inferius ubi dicitur. Null⁹ absq̄ patenti prouentu molestie minister uel sacerdos cū ceperit imperfecta officia presumat omnino relinquere. Si quis autem hoc temerarie presumpserit excommunicationis sentencie subiacebit.

De perturbationibus occurrentibus  
missam celebrantibus.



¶ Post tractatum de defectibus misse dicendum est de perturbationibus interdum occurrentibus hiis qui missam celebrant. turbatur autem missa. aut propter scandalum sacramenti. aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacramenti est si cadat aut si uomitu proiciatur. Scandalum sacerdotis est si sumere nequeat. aut propter comixtionem alicuius abominabilis uel periculi. aut propter apparitionem alicuius speciei que non debet comedi uel potari.

Quando cadit corpus xpi.

¶ Si propter frig<sup>9</sup> hostia labatur in calicē propter hoc non est necessarie aliquid retractari quia quod solum minima pars hostie mittatur in calicem. hoc respicit corpus christi mysticum. ideo p̄missio hui<sup>9</sup> nō facit imperfectionē sacramēti. Sauctus Thomas ex concilio Aurelianensi de conse. di. ii. dicit. Qui nō benedixerit qui sacrificium perdiderit in ecclesia aut pars eius ceciderit et non inuēta fuerit triginta dies peniteat d̄ pe. c. sequēti.

Quando cadit sanguis xpi.

¶ Si per negligentia aliquid de sanguine christi ceciderit si quidem super terraz uel tabulam que terre adhereat lingua lambatur et tabula radaē si non fuerit tabula loc<sup>9</sup> ip̄e radatur et comburatur cinis uero iuxta altare trecondatur. et sacerdos quadraginta dies peniteat.



Si uero super lapidez altaris ceciderit sorbeat sa  
cerdos stillam et tribus diebus peniteat.  
Si super lintheum altaris et ad aliud peruenerit  
sorbeat stilla. et quatuor dies peniteat sacerdos  
si usq; tertiaz peruenerit. nouem dies peniteat.  
si usq; ad quartam. zc. Predictis autem diebus  
debet sacerdos ieiunare et a cōmunionē cessare.  
pensatis tamen conditōibus negoeii et persone  
potest autez minui uel augeri penitentia predic  
ta. hec san. Thomas. Et idem intelligendū est in  
scdo casu et abluatur tribus diebus lintheamina  
que stilla tetigerūt calice supposito et aqua ablu  
tōis iuxta altare recondatur de cōse. di. ii. si per  
negligentiā. potest tamen sumi nisi propter hor  
rorem dimittat. Ablutio uero abscondatur z cō  
buratur z cinis in altari recondat. hec san. Tho.

#### De uomitu sacramenti.

¶ Si quis eucharistiā euomerit. si laicus p ebrie  
tatē euomerit quadraginta diebus peniteat. cle  
rici uero et monachi presbiteri dyaconi z subdia  
coni. sexaginta dieb<sup>9</sup> peniteat. Episcopus autē  
nonaginta. si uero causa infirmitatis euomerit.  
septem diebus peniteat de conse. di. ii. c. ii. si q<sup>o</sup>  
per ebrietatem. Et debet uomitus cremari et ci  
nis iuxta altare recondi ut supradictus est hoc  
tamen obseruandum est q<sup>o</sup> ubicūq; species inte  
gre inueniatur sunt reuerenter obseruande z su  
mende quia remanētibus speciebus remanet ibi  
corpus christi.



De musca uel aranea uel ueneno  
mixto cum sanguine christi.

¶ Si musca uel aranea in calicem ceciderit uel uenenum mixtū fuerit. si sacerdos añ cōsecrationē hoc deprehenderit debet calix ablui et aliud uinū consecrandū apponi. Si uero aliquod eorū post consecrationē euenerit debet animal caute capi et diligenter lauari et cōburi et ablutio simul cū cineribus in sacrarium mitti. Et q̄a si uenenu ibi dem esse deprehenditur nullomodo debet sumi nec alteri dare. ne calix uite uertatur in mortem sed diligenter in uasculo cōseruari debet. Et ne sacramentum remaneat imperfectū debet aliud uinum apponi et sacerdos debet resumere cōsecratōem sanguinis et sacrificiū perficere. hoc intellige. si corpus non sumpserit quia tunc aliter faciendum esset sicut supradictū est in rubrica de defectu panis et uini scilicet. q̄ nouū panem apponat. Regula est autē q̄ nihil abhominabile sumi debet occasione huius sacramenti de cōsecrati. ii. Si per negligentiaz hec sanctus Thomas.

De noua specie apparente.

¶ Quando corpus xp̄i apparet in alia specie q̄ in usu sacramenti. usus enim per manducationē fieri solet. Quando. s. apparet in specie pueri uel carnis cruentate uel simili modo non habet rationem sumendi. nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod si omnibus appareat debet cū religiose poni. hec. S. Thomas d̄ Aquino doctor egregius. et Albertus.




**N**ota ꝑ quatuor supra nominati fuerunt nobi  
lissimi z solemnissimi theologie magistri sicut op  
a eorum demonstrant z omnes fuerunt fratres  
predicadores. Petrus supra allegatus fuit papa  
Innocentius quintus. Durandus fuit episcopus  
Melden. Et dicta istoz inueniuntur in scriptur  
eorum super quarto libro sententiaz. Dicta ue  
ro Albeti supra allegati sunt in libro quem cōpō  
suit. de officio sacerdotis. dicta aut sancti Tho  
me sunt in tertia parte summe.

**FINIS**











**Q**UAD MAXIMUM ROMANORVM  
pontificē paulū. II. de Iohis apostoli & Euāgelii  
itelaudib⁹. Et de vite contēplatiue z celitudie  
fr̄is Ambrosii & Cora. i theologia p̄fessor. iōdis  
fr̄m heremitarū facti Aug. Oīo feliciter incipit  
Exordiū s̄mū i q̄ b̄nuolētiā captat a s̄mo p̄tifice

Vm sanctitatē tuam beatissime p̄ s̄mū  
c ac prepotenti dei hoc in orbe tenere locū  
nō dubitē. s̄ penumero velud dei maiesta  
tem terrenis inarcubus Te solū esse venerādūz  
existimaui. Cui nāq; tanta dignitas. tanta sublimi  
tas. tāta deniq; in esse p̄t celsitudo. vt ei⁹ ad pe  
dum obscura vniūse natiōes p̄strent. Cui dei atq;  
hois fili⁹ xp̄us Iesus oīm p̄fecto r̄dēptor tantā  
vnq; tribuit auctoritatē. tantā largit⁹ ē potentia  
vt inferi clauder̄ portas purgatorias deleer̄ p̄as  
& aditū ad sup̄os aīab⁹ patefacere possit. Nepe  
ip̄i dūtaxat q̄z ab ipsius met sup̄ni lapidis e celo  
absq; manibus hoīm lapsi ęterna cōstantia petrū  
appellauit & cetis q; hanc sublimem sede; rite ac  
digne cōscendūt. Exq;bus te sic esse adeo iudicāt  
vniūsi. vt nemo hac in n̄ra etate p̄tificū fuerit  
qui adeo pacifice. adeo cōcorditer. adeo r̄pente  
adeo d̄mū tanto celesti afflatu ad hāc sup̄maz  
dignitatem. equeac tu. fuerit assumptus. At ho  
iust. i aloyxi de⁹. vt in eius ḡspectu vacu⁹ nō app  
eret. nō vt ipsius indigerz bonis. cui celi z terra  
z creatā oīs subicit. sed ut cōditorē p̄puz. & vnū  
esse p̄ncipē vniūsi munerē q̄daz agnoscerz. Sic ego





cum ad pedū s̄anctitatē tue obsecula. q̄ illi⁹ gerit ī  
orbe vicez instituerē p̄ficisci. de reui z si longe  
in par tue dignitati exile offerē munusculū. nō  
ḡpe auri v̄l argenti. nō lapidū p̄ciosoz. nō de mo  
ea z rez. q̄s inter opes z mūdanas diuicias mor  
tales ascribunt. cū ex his oib⁹ nihil. vt deū testē  
immortalē. apud me esse cognoscā. s̄z de his poti⁹.  
q̄ de mei ingenio armario. diuino cor pallante  
minus incōpte hauri potui. arbitrans vt antiq⁹  
z vulgar̄ s̄ino dicit. me esse factū. Eminētī p̄sidi  
exigua munera offer. Offerendē enī aīm nō oblate  
rei valorē aspicit deus. duo aut̄ sūt B. P. q̄ q̄dē hō  
meū opusculū his tractiōibus diebus lucubrātū  
optinent. maxi ap̄li z deuoti tui Iohis Euāgeli  
gesta. z vitē cōtēplatiē cū actiua pugnāt̄ triūphū  
q̄d tanto tibi libentius offero. q̄nto nō solo tuo  
noīe cōpositū. S̄z etiā corā tua. S̄. in misterio con  
tēplatiōis sup̄ma amē r̄censitū esse audieris.  
¶ Tema. Sic eū volo manerē donec veniā. Io. vlti<sup>o</sup>  
¶ Scđm exordium in quo captat beniuolentiāz  
a rebus de quibus est dicturus.  
¶ Illuz. B. P. p̄fētum esse oratorez existimo. q̄  
nō sō<sup>o</sup> hōz elegantiē aut oīis vacat venustati.  
s̄z etiā q̄d. quot̄pē. q̄ in loco. apud q̄sue orandū sit  
excogitauit. Decet enī nō res modo sed r̄b⁹ seriē  
dicēdaz esse ad comodandā. Decet singul̄ tempo  
rib⁹ de his reb⁹ oīoz recenserī. quas nobis t̄p⁹  
& loci sollempnitas offerūt. At hō cū sacrosancta  
Romana eccl̄a hodierna die precell. tissimi ap̄li



& euangeliste Iobis celebritatē colat. iure hoc i  
loco in p̄ntiaz & ip̄so oran<sup>o</sup> esse putau. de quo  
si tot ac tanta dici q̄ant. vt nōm<sup>o</sup> breui dicēdi ḡne  
hum & nec magno possent voluie capi. eius t̄n vi  
tam p̄mo ac rex ab eo gestaz nō nullas q̄ breui9  
res tante dici possent r̄censebo. Subinde cū p̄ eū  
gr̄eplatiuā. p̄ ap̄m Petrū actiuā vitam sacri in  
tellexei doctores. nō iniuria mihi visū est & hoc  
duplici vite ḡne hisce t̄pibus differē. Cui9 qdē  
disputatiōis cū finē adepti fuerim9 maxie lauds  
& diḡtates hui9 arcanoz dei scribe solertissimi  
Valebūt enī oēs magno z excellenti ingenio viri  
tanto hūc ceteris ap̄is feliciorē censei. quanto  
vitā gr̄eplatiuā ea. q̄ actiuaz dicunt multū multi  
plicibusq̄ rōibus ac sūmoz viroz auctoritatib9  
meliorē aq̄ digniore; esse demōstrabo. S3 qm̄ sū  
supū afflatu recte dicet̄ nihil possum9. Mariam  
h̄ginē. & genitricē. Reginā<sup>a</sup> poloz. cui9 interces  
siōe ab imortali & o nulla gr̄a. nullūq̄ auxiliū de  
negat̄ humili mente. deuoto corde. absq̄ vocis so  
nitu euz celesti nūctio salutem9 dicentes. AVE  
¶ Hic auctor se ad narrationem disponit.

Vm Orator p̄p̄riū sit de q̄cūq̄ re loquat̄  
apte distincte & ornate dicere. p̄ iuribus  
nitar de his que agere institui sic discere. vt qd  
tenendū qd ue reuellendū sit clare itelligi q̄ant.  
Vbi sigd absōnū aut icōptū dixerō sūme sapiē z  
auctoritati tue. B. P. emendan<sup>o</sup> corrigendumq̄  
offero S3 ne nūmū lōga n̄ra sumat̄ oīo p̄<sup>o</sup> iā ḡn9



aggrediar Iohēs. ̄. Euangelista de sacerdotum  
gñe zebedei filius cū circiter deci<sup>o</sup> & octauum  
ageret annū h̄go a domino elect<sup>9</sup> est. quē & nup-  
tus vt hyeroni<sup>9</sup> scribit nuber volentē vocauit  
Cuius h̄gitaris multiplex testimo<sup>9</sup> in euāgelio  
dat<sup>9</sup> Nam & p̄ceteris a dño n̄ro Iesu xp̄o dilectus  
dicit<sup>9</sup>. in eius pectore ī cena recubuit. Et matrem  
suā in cruce pendēs comendauit. vt h̄ginē virgo  
seruaret. Sic Itē eum manere voluit vt mortis  
ois exp̄s doloris esset. Nō q̄ ad futuaz vsq̄ iudi-  
cium vt pleriq̄ falso opinant<sup>9</sup> viuz fuerit. cū tā  
hieronimi q̄ Augustini dogma id aperte oppug-  
net. S; qm̄ ex corporis. domicilio sic ei<sup>9</sup> discessit  
anim<sup>9</sup>. vt nullā p̄sus in ea segregatiōe p̄nā sen-  
tirit. Si autē qd̄ adiecit xp̄<sup>9</sup>. Donec veniaz intelli-  
gere affectas nō vt Augustino libet & illo gñali  
aduentu. quo resoluēd<sup>9</sup> est mūdus. S; & eo. quo  
cotidie sanctos suos dñs visita<sup>9</sup> dignat<sup>9</sup> intelligas  
Hic tot ac tanta in sinu domini rapt<sup>9</sup> p̄spexit. vt  
Nemo sit. qui in celestium cōtemplatiōe eo ma-  
ior extiterit. Nemo qui alti<sup>9</sup> diuīa reseruauerit  
arcana Nam ipse primū in Insula. q̄ pathmos vo-  
cant apochalipsim. q̄ ei dñs reuelauit sic tipice  
& alte ḡscripsit vt tot habeat sac̄mēta. quot teste  
hieronimo verba Nam ī singulis ei<sup>9</sup> verbis tot  
latent itelligētie. vt nemo sit. qui librū illū legat  
qui euz nō arbitretur ī illo summo deitatis fōte  
omnia preterita presentia & futura arcana po-  
tasse. Ipse postmodum a deo eleganter. a deo per



Spicaciter euangeliū edidit. vt doctoz princeps  
Aurelius Augustinus & ipsodixerit. Si parum  
altius in tonuisset tot⁹ m⁹dus eū cape nō potuissz  
Ipsē elegantissimas cōfecit epistolās. in quibus  
adeo distincte trinitatis misteriu indagauit. vt  
tres esse apte scribit. qui testimo<sup>9</sup> dant in celo.  
patrē. hūm. & spiritū sanctū. & hos tres vnum  
in essentia gfitet. Quib⁹ & reb⁹ nō modo ap<sup>9</sup>.  
nō solū euangelista. S; ppheta & doctoz exim⁹  
cēsendus est. Quid plura. Iohēs multaz ecclāz  
fundator. In feruentis olei vale myss⁹ Christū  
promēs illesus euasit. Iohēs Drusianaz ex morte  
r̄vocaui ad vitā. Iohēs vidue filiū ab inferis ex  
citauit. qui has retulit ibi esse pēnas. vermes &  
tenebras. flagellū frigus & ignes. Demōis aspec  
tus. scelez gfusioes & luct⁹. Gēmas quas ad ianē  
m̄di gloriā Craton fregerat Iohēs ad tēi honorē  
in ppriā reformauit naturā. In aurū siluestres  
frondiū virgas. litorisq; saxa ī gēmas guertit. sua  
